





AN DER UNIVERSITÄT ZU KÖLN

1702

1. Arzberger, Dr. Frider. : De charactere boni consiliorii.
2. Berger, Gottlieb Peter. : De filo medicinali.
3. Berger, Dr. Gottlieb Peter : De palpitatione cordis.
4. Berger, Dr. Gottlieb Peter : De natura, mos boscam medico.
5. Berger, Dr. Gottlieb Peter : De medicis naturalis adjutore.
6. Berger, Dr. Henricus, Ordinis Juridici ... Decanus : S. P. G.  
(ad Disputationem Dr. Gottlieb Peteri invitatus).
7. Berger, Dr. Henricus : De donatione principis.
8. Berger, Dr. Henricus : Electa processus executivi.
9. Berger, Dr. Henricus : Quoniam actori, revere,  
in foro Sax. Elect. licet deferre, injuriantur?
10. Berger, Dr. Henricus : Electa processus procuratorie.
11. Berger, Dr. Henricus : Electa processus metimus.  
miles
12. Berger, Dr. Henricus : Electa processus possessio.
13. Berger, Dr. Henricus : De grada legitime tributa.  
P. .



14. Borges, Jo. Henricus : De vacuo.
15. Ryding, Salomon : De merito.
- 16<sup>a</sup> = Hornius, Ioseph. Heinr. : De praerogativa morum  
Germaniarum in conuersum cum H. receptio
17. Faenius, Petrus : De officio civis circa bellum
- 17<sup>b</sup> = Klausing  
18. Lenzius, Dr. Barthol. : Papaverum, natione Franco-  
rum, qui H. Herbergem illustrarunt, seriem. -- recens-  
erunt
19. Kochringius, Stephanus Victor : De combatis principibus
20. Naevius, Joannes Carolus : Ita matrimonium  
et Morganaticam a Principibus et personis illustri-  
bus tantum, ex vero etiam a nobilibus rite com-  
pletum posuit? II. . . III. . . IV.
21. Neumannus, Jo. Georgius : De peccato sub opere venie-  
t commissio ad. Rom. VI.
22. Rockrense, Christianus : Auto Registar subtulit  
-- proprieit.



23. Rockensee, Christianus : Curam principis Religionis  
- - - brevibus exponet. . .
24. Scharfius, Joh. Fridericus : Moralitatem Tortuarie
25. Scharfius, Jo. Fridericus : De Testamento solani
26. Schilling, Theodor : De moralitate agriculturae.
27. Schurzflischius, Kon. Samuel : De opinione Iudiciorum  
Augustis M. Aurelio Antonius et L. Aurelio Antonius  
Vero
28. Schurzflischius, Kon. Samuel : De veteri Auctoritate  
formulis. Comites conservandis
29. Schurzflischius, Kon. Samuel : De Conrado Imp. Augusto  
ejusque diplomate, quod ex portione Romana inscri-  
bitur.
30. Spiegelius, Paulus : De plica Polonica
31. Springschuh, Christ. Gumpf : De principiis circa  
monetam cura.
32. Straun, Gottsprecher : Ordinis iuridicii. . . decamus:  
lecturis salutem plurimam habet (ad explicationem  
Gumpf. Beisp. fakultatis  
~~det. Gumpf. Konvictus fakultat~~)



33. Strauss, Gottfried: *Praxis iuridici* ... decanus i. lec.  
taris salutem plurimum dicit. (ad Reputationem Georgii  
Georgii Krausii)
34. Strauss, Gottfried: *Pr. iur. dec. 1790* (ad Reputationem Georgii Krausii) Thes. iurid. 35. Strauss, Gottfried: *Pr. iur. dec. 1790* (ad Reputationem Georgii Krausii) Thes. iurid. 36. Strauss, Gottfried: *De revocatione procuratoris tacita*
37. Strauss, Gottfried: *De injuriis*
38. Suerus, Gottfried: *Dudicem cives et tandem perjuria  
provisione ... sistet*
39. Vater, Christianus: *De melancholia*
40. Vater, Christianus: *De haemoptysi*
41. Werner, Dr. Balthes: *De exceptione casualis  
interitus.*  
41 b Zeibich

RECTORE UNIVERSITATIS  
MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPAE AC DOMINO,  
**DOMINO FRIDERICO AVGUSTO,**  
REGIS POLONIARVM FILIO,& ELECTOR.  
SAXONICI HAERDE &c.  
DE

Connubiiis  
Principum,

EXERCITATIO PRIOR

Ad diem XVI. Sept.

A. E. C. M DCCII.

VITEMBERGAE

Horis matutinis publice instituenda

PRAESIDE

M. GODOFREDO VICTORE  
MOEHRINGIO,

Servesta-Anhalt

Et RESPONDENTE

JO. GODOF. BRESSLERO, Luben. Luf.

In Acroaterio Collegii Veteris.

••••••••••••••••••••••••••••••  
Literis MARTINI SCHVLZII, Acad. Typogr.





A. D. G.



Anta est connubiorum dignitas, ut ea omni aetati ac tempori non inservire modo, sed & quodvis hominum genus in virtutis stadio confirmare, ac ab inordinatis affectibus detrahere possint. Cancillis suis quasi circumdati Conjuges, quibus ut egrediantur, religioni sibi ducunt; videbis inde propullulantem amorem probum & infucatum, honestatem, castitatem, alias virtutes, qvarum catalogum adponere supercedeo. Et concessio, reperiri flagitiosos, qui naturae pravae indulgentes, parum sinceros Conjugis amores aestimant, dum honestatem seponunt, nihil ac ejus speciem prae se ferunt, dum venereis voluptatibus fruuntur, eas inflammato animo de novo concupiscent: Attamen crimini bus suis, malisve exemplis bonum impeditre finem nequeunt. Advertunt Autoris Sanctissimi Sanctissimam institutionem Christiani, qvae, ut S. Literae revelant, in eo consistit, ut non nisi solus cum sola congregariatur, omne consortium cum aliis prescribatur, hocque pacto τὸ ἀγαθὸν, & divinae menti consentaneum observetur. Eqvidem me non fugit, fuisse, qui per totam vitam coelibes manerunt, qvorum aliquos S. IGNATIUS (α) laudat; ob eos autem istis non detrahit, qui ex coelibatu ad conjugium transierunt, sed vota subjungit, ut ad pedes piorum conjugum locum olim obtineat, a Dracone obseffos dicit, qui matrimonium, & liberorum procreationem impunitatem agnoscunt. (β) Suo fructu non carebit excerpere, qvae ad discursum praesentem facient. Ita vero MART. MOLLERUS textum IGNATII Grae-

A<sup>2</sup>

cum

α) Epist. VI. ad Philadelph. p. 108. β) Epist. A. p. 114.

cum transtulit: 7) Ich tadele nicht die andern Heiligen/ daß sie sich in den Ethesland begeben haben. Wolte Gott daß ich/ wenn mich Gott seeliglich dahin ne hinen wird/ im Reich Gottes nur zu ihren Füssen Raum habe möge/ als da sind/ Abraham/ Isaac/ Jacob/ Joseph/ Esaias/ Petrus/ und die andern Propheten und Apostel/ welche im Ethesland gelebet haben. Sane/cedro dignae voces/ quibus vix quidquam conjugii dignitatem evidentius declararet. Tanti mutua vitae communio/ uxor & mariti contractus valet/ ut humani generis seminarium/ reliqvarumq; societatum certissimum fundamentum non inepte quidam vocitaverint. Et scite admodum: Removeas conjugia/ unde Reipublicae in posterum membra expectabis; removeas connubia/ seculo prope praeterlapsi omnis ordo definet; removeas conjugia/ tristitiaec tecum subortae vim propulsare/ radicem eradicare/ ac pro ista medicamentum comparare non poteris. Voluit natura vitam hominis socialem. Praeclare VITRIARIUS/ Ing-dunensis Acad. Antecessor: 8) Consociatio maxime naturalis in coniugio apparet; quia ad id natura nos ducit. FELWINGERUS: Naturali ducemur apparet ad in eundum matrimonium: Et ARISTOTELES: 9) Ανάγκη δή περ τοις συνδικασθαι της ανευ δικηλων μὴ διανένεται, εἰν θῆλυ μὲν ἡ ἀρρένα, της γενίστεος ἔνεγεν καὶ τέτοιη ἐν προσεξέσως, αὐτὴ ὁσπέσι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ οὐτοῖς Φυσικὸν τὸ ἐφέδησα, εἰν αὐτῷ, τοιώταν καταλιπεν ἕτερον. Procurabat hinc DEUS sociam, quae conversatione quotidiana hominem oblectaret, molestias non raro obvenientes sublevaret, interventu Viri tale, quale ipsa est, relinqveret, ac in fese gignere. Permoti naturae praecepto Romani, nec ignominiae solum coelibatus, sed poena ipsiis fuit: Ex adverso prolixi secunditate Republ. ornantes, a censu liberos judicarunt, ac proletarios dixerunt. Vide D.H.

7) I.c.p.109. 8) in Insti. I.N. & G.L.II.Cap.V. Quæst.XIII.p.123.  
9) Disp. Polit. XIV. §.XVI.p.492. 9) Lib. I.de Republ.ediu. Florem. P.  
VICTORII p.5. STRATEMANNI Syn. Doctr. Oeconom. Cap. III.  
Can. I.p.36. CIC. de Offic. L.I.Cap. III. p.51,52,54. It. Lib. I.Cap.  
XVII.p.194. JO. BARTH NIEMEIERI Disserr. Academ. de Societ. tam primi & minoribus, quam civilibus &c. §.XV. & XX.

D.H.LATHERUM: n) Spartani primam multam indixerunt non  
habent uxorem, alteram sero ducenti &c. 9) Utrum jure poenas in  
coelibatu degentibus inflixerint Veteres, decidunt alii. Adeo  
rigorose, nullo ad intentionem coelibis habito respectu, proce-  
dentes, nobis non placent, qyoniam non omnis coelibatus  
improbans: Per multi laudandi, quando sine conjugi coeli-  
bes vivunt, thalamique consorte carent. Neque hac assertione  
debitis laudibus conjugia privamus, sed in iis contrahendis  
liberum, non coactum requiri consensum defendimus; manet  
connubius intemeratus honor; τιμος ο γάμου εν πεπτι (1) in-  
conclusa dignitas; hoc sensu B.CALOVIOUS: n) Quisquis bomi-  
nes nupsius privat, aboles familiam, civitatem & totum genus huma-  
num, quod absque generatione permanere non potest: Manet iis in-  
credibilis svavitas: Οὐδὲν γλυκύσπερζόν εἰσι γυναικὸς αἴγαθης.  
λ) Obligati subditi, ut Rempublicam, quantum possint, adju-  
vent, proinde caveat, matrimonia absque per gravi causa re-  
culent, ne statu prae dicti brevi temporis intervallo prorsus  
evacuentur. Sint parentibus in exemplum boni Principes, quo  
posteriora habeat, qvorum tutelae se, suaqve commendent. De-  
plorat subditus, deplorat ditio casum, quando Haeredes non  
videt, qui post fata Parentum regimini publico praeficiantur.  
Docet Principum in Rempubl. commodum nulli & soliditate  
& fama secundus, L.ADAM KELLERUS μ), eundem Reipubl.  
animam appellans: Animam, cuius officium existit, ut totum  
esse, ut vitam corpori communicet; ita Princeps, ceu anima cor-  
poris, puta Reipubl. vitae prospiciat, a quo totum ejus esse de-  
pendet. Constat Honorat. Lectori veritas ex specialiori  
CONNUBIORUM PRINCIPUL contemplatione, cui ut fa-  
veat, leveqve nostrum scripturae genus gratiosis oculis adspici-  
at, obnixe rogatamus: DEUM insimul, quo Spiritus Sancti

A 3

adsi-

n) de Censu L.III. C.III. §.29. & 39. p.471. & 474. Conf. FRIDER.HIL-  
DEBRANDI Antiquit.Rom. p.390.391 subtit. Proletarius. TH.  
SAGITTARII Exereit.Ecb. Exoter. XVIII. pag 452. 9) D.LA-  
THERI Trat. de Censu d. l. §.33. p. 472. 1) Hebr.XIII.4. n)  
Comment. in Genesin p.m.304. λ) THEOGNIDIS Sent. 217. p.96.  
μ) de Offic. Jurid. Polit. Lib. II. Cap. XX. p.526.



adſiſtentia nos in elaborando non dedignetur, ſubmisſis preci-  
bus obteſtamur.

### ΘΕΟΤΙΚΑ I.

*Uti cuivis, ſic etiam Principi integrum erit, prævia Sacerdo-  
tali benedictione contrahere conubia, non modo ſemel, ſed ite-  
rata vice.*

### ΕΝΤΕΟΤΙΚΑ.

Velut omnia, non niſi ex amore erga veritatem appre-  
hendendam proponimus, ſic a partium ſtudio prorsus alieni  
fumus: Benignum igitur judicium ab initio statim expetimus,  
quo ſi forte paulo liberius loquarūtur, rei aequitatē ea Lector ad-  
ſcribat. Ventilabimus autem in praefenti potiſſima reqvifita,  
qvaē ex noſtra mente Connubiorum Principum naturam &  
accurate & ſufficienter delineabunt, ne majora recenſendo par-  
tim leges Disputatorias transgrediamur, ac brevitatem fuſque  
de que habeamus partim ob animi imperfectionem in gravi, ſe-  
rio & intricate admodum negotio offendamus. Pro Θεοτικαῖ ex-  
planatione afferimus, loco ſubiecti inter alia stare vocem *Princi-  
pis*, praedicati *conubia* &c. Vocabulo *Principis* non reſpiciimus  
ad significationem, qva Romani qvondam uſi fuerunt, quem-  
admodum *S. Iustus* primus *Princeps* ius dictus; v) ſed illum intelligi-  
mus, qui abſolutam legibusq; ſolutam potestatē gerit, qui  
Majestatem habet, ſubditis praefit, qui libere ſocietates re-  
git, & de Magistratibus decernit ac judicat, cui ſummum ubiq;  
in civitate Dominium & imperium competit, ζ) qvos alio no-  
mine, nec incommode *Illuftr̄es* voces, in gradu ſcīl. eminentiore,  
ad ſummo termino, ceu D.N.D.GOETZIUS, antehac Annaemon-  
tanus, hodie Lubecensis Superintendens, adsumit: α) *Tribuumus*  
titu-

v) *Vid. Nonnem in Differt. Polit. de Exemplō Princ. §. III. ξ) Conf. FEL-  
WINGERI Differt. Polit. XXVI. Thes. XVIII. p.m. 826 STRA-  
TEMANNI Syn. Polit. Lib. II. Cap. VI. p. 115. RETHERI Margar.  
Phil. in annulo Cap. XIIIX. Th. CIV. p. 797. CASP. ZIEGLERVS de  
Jur. Maj. L. I. §. IX. p. 6. ARISTOT. Lib. III. de Republ. edit. VICT.  
p. 709. ο) in Tract. de Princ. Concionat. Scđt. Pr. §. I. Si placet, ad eas*



titulum Illustri omnibus iis , qui vel Regis , vel Principis presaperti sunt , & Majores Illustres honore ac nomine venerantur , vel Regis ac Principis dignitatem tueruntur . Verbo : Uti ad nostrum forum minime vel Comites , vel Barones , vel Nobiles , cuiusmodi convivere more Illustres appelles , referimus , ita Principis nomine illum denotamus , cuius regimine Respublica , provinciae , regiones , ditiones , civitates & q.c. administrantur . Connubia idem principium agnoscunt , ac Nuptiae : Quid si nuptias a nubendo , i.e. tegendo descendere concedis , concedas oportet , & connubia a nubendo deduci ; aeqlavum aeqlavis est ratio . Pleniora desideranti , oblatam cupimus qualem . Differit nostram de Nuptiis , in qua Apbor . II. ex RECMANNO , ARITHMAEO , NEANDRO , JOACH . & FRIDER . HILDEBRANDIS , OSIANDRO , LEIGH , FES . SELIO , ISIDORO , BIRCHERODIO , D CALVINO BUSBE . QV O , OLEARIO fundamenti convenientiam clare & distin-  
cte ob oculos posuimus . Licitum esse singulis contrahere con-  
nubia , demonstratione latiori non indiget . Praescriptum a  
Summo rerum Autore & Conservatore de multiplicatione hu-  
mani generis omnibus , nullo excepto , praecceptum : Crescite ,  
multiplicamini , replete terram . Nihil obstat , DEVM sermonem  
tantum direxisse erga πρωτανθεόποις , dum omnes simul poste-  
ros in lumbis Adami eo adhuc tempore haerentes benedictio  
divina concernebat : Quare peccant , qui sine ratione prorsus  
connubia contemnunt , ansamq; praebent Haereticis , Saruria-  
nia , Hydroparastatis , Marcionitis , Manichaëis , Encratitiis , Hieracis , de  
qvibus alibi pluribus & forte iniquioribus convitiis dilacerandi  
statum conjugalem , nuptias Autore & Fautore DEO valde bo-  
nas dammandi . Implantavit natura omnibus affectum , deditq;  
propensionem appetendi sibi simile , qvorum complexu pro-  
creentur individua . Nonne mortales obstricti vivunt . adjuvan-  
di publicam rem ? nonne obligari , ut status sustentent ? nonne ,  
ut entheum mandatum observent ? Affirmamus absque animo-  
rum fluctuatione qvae sita : Jam vero nuptiis felicitati huma-  
nae consulitur , perennitas introducitur , qvod juxta D. GO-  
CKE-

ERN.GOCKELIVM de Europ. Reg. Cap. XXIV. § 18.p.1068. quo  
loco varias Principum appellaciones Autor consignavit.



CKELIVM π) personarum seminarium, fundatumq; Reipubl exi-  
stant, qvod honestas earum ex effatis, qvibus CALOVVS,  
LATHERVS, HILDEBRANDVS, IGNATIVS & s.p. nuptias  
suo decori restituunt, maximo attendenda sit opere. Licet eti-  
am extiterint, qvibus impurum & immundum hocce vitae ge-  
nus vsum fuerit, pauci, idemq; improbi conjugalem societa-  
tem haut evertent. Tolle de Ecclesi honorabile connubium, & orum  
immaculatum, inquit BERNHARDVS apud D. MVSCVLVM,  
e) non reples eam concubinariis, incestuosis, seminifluis, molibus, mas-  
culorum concubitoribus, & omni deniq; genere immundorum? Respici-  
unt singulae societatum, spuriis exemtis, regnorum, imperio-  
rum, boni publici, urbium, civium &c. conseruationem: Ten-  
dunt eo, metamque sibi praefixam habent, qvo utilia, jucunda,  
honesta, ad minimum Φαρμένως talia adipiscantur, sive praef-  
sens qvoddam ac imminens infortunium devitent. Hujuscē-  
modi qvoq; bona a nostro statu exoptamus, qvem prae caeteris  
necessarium dicititamus, satis firmo conclusio, a qvovis posse ob-  
emolumentum inde progerminans matrimonium consumma-  
ri. Qapropter nec Principem, caput & apicem subiectorum,  
excludimus, qyoniam per matrimonia immortalitas & terrae  
suae, ditionibus, Nomini inducitur, & non exiguum parentes  
commodum nanciscuntur. Sane iniqvum foret, detinere perso-  
nas Regentes a nuptiis celebrandis, qvippe qvibus idem da-  
tum praeceptum, qvi & curis impliciti, & dignitate alios ante-  
cellunt, civitatumq; perpetuampro identiam gerunt. Re-  
laxatur mens, exhilaratur animus Principis, qvi in salutaribus  
administrationibus occupatus sui ipsius ferme obliviscitur,  
qvando sociam fidam habet, qvacum & prospera & adversa  
communicet. Insigne felicitatis argumentum, possidere soci-  
am, qvae se fortunae accommodet, ad nutum praeſens fit, ac  
parem in obveniendis periculis se exhibeat. Per se manifestum,  
sive enim Principes, Reges, Duces &c. in V.T. gubernaculis ad-  
sidentes ponderemus, sive N.T. tempora perpendamus, a libe-

ra  
π) de Europ. Reg. Cap. II. pag. 228. S. 1. proem. it. ARNISAEI Doctr. Po-  
lit. Cap. III. p.m. 50.  
e) Vid Ej. LL. CC. Theol. Tom. II. Lor. XI. Quesit. II. pag. 71.



ra Imperantium voluntate dependebat, utrum sibi uxores quae-  
rent. Perunt omnes, nisi unum & alterum eximas, animorum im-  
pulsu, magna que cupidine ducti conjugia, qvod, teste SENECA,  
probitas, fidesque conjugis, mores, pudor placeant Mariti: E. nec Princeps gloriae suae consulere & Reipubl melius poterit, qvam Illu-  
strem ducento Foeminae. Facit huc relictum PETRI MULLE-  
RI σ) Jcti Clariss. confilium: Princeps vitam coelibem ne ducat: Non  
ignorans, ad omnes sibi subjectos istud prosperitatis Politicae in-  
strumentum pertinere. Dabis fidem, qvando jurgia, bella, clades,  
contentiones recolis, qvales deficiente genuino Haerede ob suc-  
cessionem in regno speratam tuboriuntur. Secus judicandum, ubi  
Foeminae regunt: Hae sia nuptiis abstineant, majorem in popu-  
lum excrescere salutem opinantur Politici, qvod totius regni pro-  
pendeat dispendium, subiectio, turbae, dissidia, mala pesima  
contrahantur. Evolvatur GOCKELIUS, τ) MULLERUS l. d.  
An Legatorum ministerio pacta consummentur, an ipse Princeps  
consentum quaerat res est una. De modo si interrogas, qvi con-  
nubia pro firmis ac indissolubilibus censeri debeant? Resp. inter-  
veniente Clero, i. e. Sacerdotali copulatione praecedente valere.  
Principes aeque ac subditi Christiani prius nuptias non ineant,  
qvam Sacerdos iis benedixerit: Ita dignitas conjugis constabit, ita  
ordine & decenter in Ecclesia proceditur. Hoc pacto inter Prin-  
cipem & privatos nulla differentia obtinet, qvalem tamen in so-  
lemni trina tribus festis diebus denuncianda proclamatione  
deprehendes. Est nempe proclamatio, a Verbi Divini Ministro in  
Ecclesiae coetu peragenda, res per se indifferens, ac pro lubitū in-  
termittitur: Sacerdotalis benedictio sive copula haut omittenda,  
qvod ad matrimonii causam efficientem referatur, eo sensu, prout  
terminum STRATEMANNUS σ) explicuit: Dicitur conjunctio Sa-  
cerdotalis causa efficiens matrimonii, non qvod matrimonium in se efficien-  
ter constituit, sed qvia concurrit efficienter ad matrimonii jam contracti  
consummationem, juxta leges, sive coniunctiones Ecclesiasticas. Qvam ob  
causam omnia cohabitatio ante copulationem facta pro scortatione ha-

B ben-

σ) in Praef. Dom. Illustr. Cap. III. Posit. I. pag. 40. τ) De Europ. Reg. Cap. II.  
§. II. p. 235, 236. σ) Syn. Doctr. Oeconom. Cap. III. Can. IV. p. 42.



benda, φ) etiam si FELWINGERUS, χ) non vulgari eruditione  
praeditus Vir, contrarium tueri annitatur, nisi forsitan asserta de  
Gentilium conjugii benedictione carentibus intellecta velit, de  
qvibus vero vestigium non ad paret. Conf. de antiquitate & deco-  
re iegoroyicas SCHELVGIGIUM, ψ) FELWINGERUM, ω) BEC-  
MANNUM, α) LYSERUM, β) SEB SCHMIDIUM, γ) GOCKE-  
LUM. δ) Neque Russi, ε) Persae, f) copulationem negligunt. Po-  
strema propositionis verba adjecimus, ne quis putet, illicitum es-  
se, demortuo fatisq; concessio conjugie in alterius amores consen-  
tire. Participes erroris leguntur *Montaniſtae*, *Tertulianus*, natura  
sua malas, improbandas, lascivas, famosas & illegitimas, g) secun-  
das nuptias statuentes, *vetusſimi Romani*, uno matrimonio con-  
tentam foeminam pudicitiae corona honestatos; Hinc & felix, &  
bene morata, & pudica praedicatur foemina, qvae semel nubat, uti  
Porcia dicebat; h) ex adverso impius in liberos Matre destitutos,  
qui rursus nubat, ac alius Uxor lector ambiat. Nos, esse non  
modo difficile, verum & periculosum, concludimus, rursus mari-  
tali fere fortunae credere. Secundae nuptiae, ait B. Dn. D. WAL-  
THERVS, i) raro sunt secundae, tum quia amor in conjugio secundo re-  
misor esse solet, tum quia periculum contentionis metuendum, si live i ad-  
fint. Neque tamen iterata connubia omnibus in universum pro-  
hibenda, cessante unius conjugio vita, cessat superfluis obligatio  
& fides. k) Dandum aliqvid infirmitati, imbecillitati ac humanae  
debilitati: Audi Patres, EPIPHANIUM, AVGSTINVM, & H-E-

RO-

φ) Ejusd. Syn. Polit. Cap. II. p.m. 10. χ) Differt. Polit. XIV. § 5; pag. 520, 521.  
ψ) in Exercit. Hist. Eccles. de Antiquitate Conſecr. Nupt. ω) Differt.  
Polit. XIV. § 52, pag. 520. α) Medit. Polit. Cap. VII. §. VIII. p. 97. β) Syſt. Thēor. Exeget. Part. III. pag. 1770, & 1774. c) Comp. Theol. cap.  
XXVI. §. 49. p. 464. d) I.d p. 237. & 260. e) AD. OLEARII Moscovio.  
und Perf. Reise Beschreibung L.III. Cap. IIIX. pag. 215, 214. f) O-  
LEARIVS I.d. I.V. Cap. XXII. p. 606. g) HENN. ARNISAEI Doctr.  
Polit. Cap. III. p. 64. h) MULLERI Praef. Dom. Illuſtr. Cap. IV. Post.  
X. pag. 78. i) Coll. Phil. Pract. MSC. Part. Spec. Secl. II. Cap. IC. Can. I.  
RICHTERI Axiom. Oecon. LVII. p. 174. k) OSIANDRI Comment.  
in Cap. XXV. Genef. VITRIARII Instit. I.N. & G. Lib. II. Cap. V. Qu.  
XVI. p. 123. D. BIRCHERODII Syn. LL. CG. Theol. art. XXXVIII. Cap.  
II. p. 327.



RONYMVM, ingeniose differentes. I) Pater praeerecta, de connubis h.l. on disputari, quae qvinqagesimo, utrisque viventibus conjugibus, anno, repetuntur, & ex se concedenda sunt.

### Thetais II.

Advertat interim Imperans, utrum naturae convenientius sit, vitam agere coelibem, utrum connubia jungi, ne forte ejusdem dignitati aliquid detrabatur.

### Ex 95015.

Enarrabimus ordine, quae in Thetai continentur. Primum curam gerat, sitne fibi convenientius, absque lecti sociis degere? Prostant non minus encomia status conjugalis, quam ipsius coelibatus. Manet nihil secus multis appetitus ad arripiendam vitam solitariam; illustrem rem THOMAE KEMPIS in verbis: N'aiez familiarité avec aucune femme, mais en general recommandez à Dieu toutes celles, qui sont vertueuses; souffrirez seulement d'être familier avec Dieu & ses Anges, & évitez la connoissance des hommes. Quaerunt Poetæ animorum relaxationem in secessu; Ita de se ipso fatetur HOPRATIUS: n)

--- Me gelidum nemus,  
Nymphaeumq; leves cum Satyris chori  
Secernunt populo. ---

Habitan Musae nemora & montes, secundum JO. GERHARDVM. o) Fugunt Sapientes congressus, societatemq; & ab hominum consuetudine remoti, nihil, nisi solitarium amant: Ita solitudinem adamaverunt Sectarum, Jonicae & Cartesianaæ Autores, THALETEM MILESIVM innuo, & RENATVM des CARTHES. Ast ad institutum: Laudabilis nobis videtur coelibatus, si intra terminos consistat: Exigitur a coelibibus castitas, ne iis fibi juxte libere cum qualibet cœundi & vagandis putent, quia uxore carent. p) Is adeoq; penis & ignominia afficiendus haut est, more Romanorum,

B 2 qui

- I) D. MUSCHLI LL.CC.Theol T.II.Loc.XI.Quaeſt.IIX.pag.75. m) Lib.I.  
Chap.VIII. pag.19. Conf. & C.XVII. de la vie Monastique, p.CXX. ej.  
Libri, de l' amour de la solitude, & du silence. n) Lib.I.Carm.Od.I.  
pag.2. o) in Cent. Ques.Polit. Dec.I.Quaeſt.III.pag.18. p) D.A.  
NAEI Etb, Christ.Lib.II. C.XIV. p.205.



qui matrimonia abhorrentibus notam censoriam inurebant, more  
*Lycurgi*, qui per urbem duci coelibes cum ignominiosa cantilena  
praecipiebat, more *Atheniensium*, qui celibes mulieribus dederunt,  
ut virgis caedant, more *Spartanorum*, testante proemio nostro.  
*Super nuptias est virginitas, ex EPIPHANIO MUSCUS q. refert.*  
Nec exemplis defituimur, e quibus cum IGNATIO vel sex e-  
ligere lubet: Vixerunt in castitate *Elias, Joshua, Melchisedecus, Jere-*  
*mias, Timotheus, Titus*. Commendatus Principibus coelibatus, qui  
suam impotentiam agnoscent, qui praevia & naturae & affectu-  
um exploratione, tene hoc habere donum, persentiscunt: Requiri-  
tur firmum propostum, scribit B. D. LYSERVS, s) E. anteqvam illud  
fusciplatur, exploratio requiri ur, an habeat donum; alias lagrum con-  
scientiae injicere potest. Evolvatur, n̄ grave fuerit, LYSERI s) V. II.  
ej. mom. XIX. t) quo ex coelibatus requisitis vita solitaria dignitas  
innotescat. Deinde curam gerat Princeps, sitne melius connubis  
jungi? Status matrimonialis uti venerationem mereatur, ipseque  
Dominus sua praesentia ei benedit; [aliоqvi nuptiis non inter-  
fuerit, neque ex desponsata nasci voluisse:] Ita opprobriis conju-  
gia lacerantes temerarii male agunt, concubinas tolerant, odi-  
umq; in se jure derivant, ita uxorem ducentes Dei mandata faci-  
unt, naturae perpetuitatem promovent, & Reip. vel capita, vel  
membra relinquent. Nuptias uti per se sanctificatas esse fateor,  
ita dulcedinem secum veheant egregiam, ceu reete quidam Poe-  
tarum, THEOGONI DEM hac in parte imitatus:

*Dulce merum, dulcis conjux, mens conscientia recti,*

*Quid tribus his iunctis dulcissime esse potest?*

Celebret igitur Princeps connubia, adeat torum immaculatum,  
conscendat thalamum, ne regio vel principatus Haerede careat:  
*Speratur exinde consentit Moralisanooster, Excellent. ROEHRENSEE,*  
a) Haeres paternarum virtutum & imperii, in quo duret memoria generis  
& familiae, & ab interitu vindicetur. Horum in primis curam gerat,  
quo auctoritatem suam, quod ultimum, illibatam servet, ac existi-  
mationi, amori, securitati nihil decedat.

q) in LL CC. Theolog. T. II. Cap. X. Qu. II. p. 48. 1. Cor. VII. I. & 7. 1) epist.  
VI ad Philad. p.m. 103. s) Syl. Thet. Exeg. P. III. p. 1765. t) l.d.p.  
1765. & 1766. u) de Connub. Illust. S. IV.



### Θέσις III.

Quodsi privatorum matrimonio deliberato fieri debent, multo  
magis ratio status exigit, ut prudentiam adhibeat singularem in iis  
ineundis Princeps.

### ἘΦΕΣΟΙΣ.

Valet consequentia, quando privatis prudentia proficit, mul-  
to magis Principi: *Geminata licet cupiditas amor, omnis amans coe-  
cua sit in re amata, sed abstinentia potius ab imperio cœcos & in-  
sanos efficiente, primisque motibus resistendum, donec delibe-  
raverimus:*

*Nubere si qua doles, quamvis properabitis ambo,*

*Differ, habent parvae commoda magna morae.*

Non deerunt evidem, qui plane negligendum matrimonium  
svadent, quo de ante nonnihil, ac Poeta ad stipulatur:

*Dic, precor, uxorem quam ducam? anne pueram?*

*Haec forsitan veniet non satis apta mihi.*

*An Vixiam? Domiam poterit quia ferre sonantem?*

*An Veteram? toleret quia patienter anum?*

*Faecundam? Fecunda domum mihi prole gravabit?*

*An sterilem? sterilis non decus arbor habet.*

*An ditem? nibil est magis intolerabile dite:*

*An inopem? quid opis ferre valebit inops.*

*Pauciloquim? non me poterit recreare loquendo:*

*Verbosam? mulier res onerosa loquax.*

*Formosam? varia est subdita forma periclit:*

*Deformem? poenam ducere numquid amem?*

*Non igitur ducent uxor, cum maxima semper*

*Ducentis uxorem danna timenda sient.*

Non, inquam, deerunt, qui cum Biante ad Quæst. Utrum connubia  
instituenda? Neg. respondebunt, dum, si pulchram ducas, commu-  
nem, si turpem, poenam habeas. Veruntamen, res est saeva, pro-  
pter abusum legitimus usus non tollendus: Cæteroquin tolle &  
vinum, quia inebriat, tolle religionem, quia schismata excrescent,

S.L.

u) MECHOVII Phil. Paraenæt. Lib. V. Cap. IV. p. 613. LAELII BISCO-

LAE Hor. Subsec. Tom. II. Lib. III. cap. I. p. 189.



**S** Literas Philosophiam & animantia, quibus homo abutitur, tolle sapientiam, quod perplurimi modum nesciant. Juber modus, ne quid nimis s. Nemii amores nec deus adferunt, nec virtute m. Η υπερβολή, πανόν. ή μεσότης, η γεωθόν εἰσιν. y) Sententia quasi ex tripode dicta:

*Sit modus in rebus, sint certi denique fines,*

*Quos ultra, et raraque nequae confundere rectum. z)*

Quid? quod allata positionem stabilium, non infringunt; medium tenuere beati: Agamus itaque cuncta considerare, omnia moderate ad mensuram virtutum, ad dictamen & normam sanae rationis. Gaudet adhuc sua firmitudine adagium: *Festina lente.* Idcirco diu deliberandum, quod semel amplectendum connubium, cum variae circumstaurant difficultates. Primario privatus animadverat, num sibi despontandam ad mortem usque amare, victrum & amictum praebere, honesto, suaeque conditioni convenienti modo tractare velit, num vitam, mores, castitatem, probitatem & q.c. exploraverit. Deinde conjugem non alat, quae suis fortunis officiat: Consultet secum Eruditus & Opifex, consultant Mercatores & divites & inopes, an rebus suis consultant, an expeditiones, an negotia alijs alia cum commodo expediantur: Consultent senes, an puella, an vidua sibi prosit: Juvenes, dum interdum nubendo saluti temporali propicere valent. Recolas sedulo. B.L. diversas sexus muliebris superioribus distichis recensitas species, resultabit inde, maximam reqviri circumspectionem, providentissimam que curam, nec adeo Venerem properatam conducere. Lugebit festinans accerit sibi incommodeum, praeteritosque desiderabit annos. Compertum non minus, quam verum, plerosq; semel nubere; quilibet E. sollicitus sit, ne detrimentum capiat. Præprimis videat Princeps, quacum se societ: Ubi ultro fatemur, certis legibus prudentiam istam definiri a nostra tenuitate non posse, annotabimus interim pauca. Adsit praecipue pietas, virtutum βασις, adsit castitas, rara in seqviori sexu: Advertat, ne sine Numinis auxilio, Deiq; imploratione, ineat conjugale pactum, ne brevi tempore exacto concordia, fides & amor evanescant, ne a primis

insti-

y) ARISTOTELES in Organo, Cap. XI, Categor. p. 90, 2) HORATIUS Lib.  
I. Serm. Satyr. I. v. 106. 107,

institutis degenerantem, ne corruptis, populoque exosis moribus  
viventem feligat, ne contra Procerum, vel Optimatum, ut in Polo-  
nia, Svecia, Anglia, ne contra summi consilii voluntatem, ut in Gal-  
lia, uxorem accipiat, ne libertatem exuat, & in servitatem incidat:  
Melius etenim, vim ac potestatem, quam solum nomen retinere  
liberatis. Conjungat sibi Conjugem, quae fecunditate sua spem  
faciat, fore, ut imperium justum ex liberis adqvirat Successorem:  
Lubentes subnectimus CHRIST. FORSTNERI (aa) animadver-  
siones: Numerosa proles sui fiduum aula ac dominationis, & munimen-  
tum Regni bonis Autoribus, SVETONIO, TACITO dicitur: Contra  
Principis orbitas contemnitur. ubi certus successor est, pravae aliorum  
spes coibentur. Indigna existimationi suae, ac autoritati incon-  
grua connubia respuit, ne subditis ansam subministret, spernendi  
& fugillandi eam, quae ante vel paris, vel forte Inferioris cum ipsis  
conditionis erat: Errabat eadem ob causam ULDARICUS, qui  
amore puellae cuiusdam iusticæ captus, quam ad ripulum videras lavan-  
tem, diffidaveris dicebat: Vel uniuersitate haec puella erit Principiss.  
bb) Affinitates legibus & diuinis & naturalibus adversas recipiat,  
quod DEUM Superiorum agnoscant, alter de positivis & civilibus  
affirmandum, quibus haut subjectus, sed supra leges est, & Dominus  
legum. cc) Omitto dicere plura, cum pasquam in reliquis reliquæ  
cautiones emineant. Anteqvam vero thesin deseramus, de facili  
fuerit, ad certiorem notitiam hisce praelibatis, ostendere Posit.  
connexionem, nim. a minori ad majus arguendo. Argumentum  
rei valorem declarans sic concipiamus:

Q uod privato ad promovandam & augendam felicitatem priva-  
tum convenit, id multo magis Principi ad promotionem pu-  
blicae felicitatis conveniet: Sed

Prudentia, circumspectio provida & deliberatio in contrahendis  
connubiis ad promovandam suam felicitatem convenientia priva-  
to Ergo:

aa) in Not. Polit. ad CORNELIUM TACIT pag n. bb) MULIERI Pres-  
sid. Dom. illuſtr. Cap. III. Post IV pag. 47. cc) D. LIEBENTHALI.  
Coll. Polit. Exercit. VIII. 2. cap. II. p. 21. D. GERARDI Cent. Quaſi.  
Polit. Dec. III. Quaſi. IV. p. 73. D. GOCKELII Tr. de Europ. Reg. Cap  
XII. § 8. pag. 50, 63.



## Θέοις IV.

Ita demum sibi ,suaeque regioni optime prospiciet Princeps,  
& Pater Patriae jure nuncupabitur.

## Ἐνθεοῖς.

Deducemus porisma nostrum, quantum angustae chartae spatium nobis permittet: Redigamus pro evidentiā firmiore in compendium , quae antecedentibus thesibus paulo latius diximus. Adeoq; contrahat Princeps connubia, neq; tamen sine Sacerdotali copulatione; contrahat pro beneplacito suo iteratis ea vicibus; expendat suam naturam, an ad conjugalem vitam aptus : Absineat impotens a ducenda uxore; (repeto verba (dd) MULLE-  
R!) Ejusmodi enim conjugia si andala præbere, crudelis q; exitu habere  
solent. Non absq; mentis deliberatione & providentia ineat con-  
nubia Princeps, dependet ab eo salus Reipubl. dependet etiam in-  
teritus. Aestimandus pro capite, anima, columnā, Praefide, & Pa-  
tre Patriae, pro videat hinc, ut Patriae ac regioni prospiciat, ut elo-  
gia ex rei veritate, non secundum speciem, sibi tribuantur. Qvod  
restat, Differ. Priorem VITI LUDOVICI de SECKENDORF (ee)  
ponderosa admonitione finimus : Nach dem der Landes-Herr  
die vornehmste Person des ganzen Landes / und männlich auf  
sein Thun und Leben die Augen wirft / große Herren auch meh-  
rentheils vielen bösē Nachreden unterworfen/das alle gute Vor-  
sichtigecken / vielmehr und nothwendig bey Verheyrahtung  
Fürstlicher Personen / und ihrem Ehestande in acht zu nehmen  
sind/ ist kein Zweifel.  
dd) Cap. III. Posit. II. p. 41. Praef. Dom. Illust. ee) Ej. Deutscher Fürsten-  
Staat Part. II, Cap. VII. pag. 158. §. 26.

## TANTUM.

Wittenberg, Diss., 1702  
(A-R)

ULB Halle  
003 269 353

3




St.

KD18







### Farbkarte #13

E UNIVERSITATIS  
NIFICENTISSIMO,  
O PRINCIPE AC DOMINO,  
DERICO AVGVSTO,  
IARVM FILIO,& ELECTOR.  
NICI HAEREDA &c.  
DE

1700. 14  
598-  
**nubiis**  
**ncipum,**  
CITATIO PRIOR

diem XVI. Sept.  
E. C. M DCCII.  
EMBERG AE  
tinis publice instituenda

PRAESIDE  
REDO VICTORE  
EHRINGIO,  
eresta-Anhalt  
RESPONDENTE  
RESSLERO, Luben. Luf.  
rio Collegii Veteris.  
SCHVLZII, Acad. Typogr.